Mirantur pumilos ferociores.

¶ Legitur & Pumilo, onis in eadem significatione: ut ibidem apud  
Statuum,

Hic audax subit ordo pumilonum

Quos natura brevi statu perato

Nodusum semel in globum ligavit.

¶ Item pumilius, iij, apud Suetonim Aug. eadem significatione legitur  
c. 83. Nam pumilius, & distortus, & omnes generis eiusdem, ut ludi-  
bria naturæ, malis que omnis abhorrebat.

PUNCTVS, ntascalini generis, & Punctum neutrius generis. Dicitur mi-  
nima individuaque linea pars, nullam neque longitudinem habens  
neque latitudinem, neque profunditatem. { נְקָדָה nekuddah. αἰρετός.  
GAL. Un point. ITA. Punto. GERM. Ein punkt oder duppfin.  
HISP. Punto en la geometria. ANG. Apoyn, apruck. { Seneca. Punctum,  
& adhuc puncto minus mundi quod incolimus plin. 1. 2. cap. 61. Non  
alud est terra universa quam mundi punctus. Tradit Geometræ, punctum esse corpus individuum, in quo neque longitudine neque latitudine,  
neque altitudo deprehenditur, & ob incomprehensibilem brevitatem  
sui, in partes dividi non posse. Hoc protractum lineam efficit: id est,  
corpus unius dimensionis: Longum enim est sine lato, & duobus pun-  
ctis ex utraque parte lolum longitudinem terminantibus continentur.  
Hanc lineam si geninamus, alterum corpus efficitur, quod duabus di-  
mensionibus extruitur, ex longo latoque, sed alto caret. Punctis au-  
tem quatuor continentur, per singulas scilicet lineas binis, & hoc Græci  
intendunt, nostri planum, sive superficiem vocant. Senec. c. 20. de consol.  
ad Martiam, Terram hanc puncti loco ponimus ad universa referen-  
tes: minorem portionem ætas nostra quam parte puncti habet, si  
tempori comparetur omni, &c. Quandoque tamen punctum sumi-  
tur pro tempore, vel horæ momento. αἴρετο. Cicer. Cecina, lib. 6. Ita-  
que ne punctum quidem temporis in ipsa fortuna fuisse. Idem pro  
Cluentio, Neque postea Latini punctum est temporis commoratus.  
Cesar. lib. 2. bell. civ. Ita multorum mensium labori, hostiū per fidia &  
vi tempestatis, puncto temporis interiit, & αἴρετο. Gellio c. 1. l. 14. Idem  
est Momentum punctum & cursus temporis transvolantis. ¶ Puncta  
item pro calculis, sive suffragiis recipiuntur. Quoniam veteres suffra-  
gia non scribabant, sed puncto notabant. Vnde expuncti dicebantur  
viles, ciechi, sive favore privati. Græci vocant φάσις. Cic. pro Planc.  
Nam quod questus es plures testes te habere, quam quod in ea tribu  
puncta tuleris. Horat. in arte,

Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulce.

hoc est, solus suffagia judicium tulit, qui & utile, & dulce scripsit,  
quoniam prodesset & delectaret. Suet. in Neron. c. 30. Quod in genere in  
punctum his alcum lusit. ¶ In scriptura item puncta dicuntur, quibus  
clausulæ interpunguntur, hoc est, distinguuntur.

Punctum, adverbium, pungendo. { οὐλαγήθιας. GAL. De pointe, d'estoc  
en piquant, en poignant. ITA. Di punta, di stocata. GER. Mit stächen  
oder stupfen. HIS. Heriendo à estocadas. ANG. Foining. { sicut cæsim,  
cedendo, ex καταφορᾷ. Liv. 5. bell. Pan. Hispano punctum magis quam  
cæsim, assuetus petere hostem. ¶ Cæsim & punctum aliquem petere,  
propter bijs speciem habet pro eo quod est totis viribus, omnique con-  
tra aliquem aggredi, translatione sumpta à gladiatoriibus, qui modò  
cuspider intentantes, modò ictus defuper, modò à latere inferentes,  
in adversarij necem incumbunt.

Pungo, is, pupugi, vel pepugi, ut autor est Gell. c. 9. lib. 7. vel punxi

Calepini Pars 1. I.

punctum. Cuspidem, vel aculeo ictum infero. { הַמְּבִנֵּה שֶׁמְּבִנֵּה  
hiphrisch. וְרֹא, וְלֹא. GAL. Poindre, piquer. ITA. Pungere, GERM.  
Sichchen / ein stich geben / stupfen. HISP. Punçar. ANG. To stome, to  
prickle, to sting. { Varr. admota alpis quum pupugerit, si non occidat,  
sciat ex psyllorum esse stirpe. Blautus Trucul. Ne ista stimulum longè  
habet quæ usque illinc cor pungit meum. Cic. pro Sestio, Gladius qui  
per se pungere non potest. ¶ Per translationem etiam de animo dicitur,  
quisque quis ægitudine aliqua afficitur. Cic. lib. 3. Tusc. Si ignomina  
pupugit, siquid tenebratum effudit exilium. Idem ad Atticum  
l. 1. 3. Tu quid dicas? unum enim pungit, ne neglectiores esse videantur.  
Idem ad Trebatium l. 7. Pungit me rursus, quod scribis esse te istic libenter.  
¶ Huius composita. Compungo, Expungo, & Repungo, quo-  
rum significata vide suis locis.

Pungens, pungentis, participium. Plin. lib. 6. c. 24. Pungentia folia  
puno.

Puncta fœm. gen. ictus, qui punctum infectur, ut cæsa, qui cæsim. Veget.

Punctariolæ. Fest. Punctariolas leves pugnas appellat. Cato in ea, quam  
dixit de re Histria militari. An potius punctariolas: ne sit ceu dimi-  
nitivum à punctoribus? aliter legitur punctariolas; quod est à  
puncto.

Punctus, a, um, aliud participium. { οὐλαγήθιας. GAL. Point ou piquet. ITA.  
Punto, beccaro. GERM. Gestochen oder gesupft. HIS. Punçau. ANG.  
Pricked, nipped, foined. { Cic. pro Mil. Vulnus acu punctum.

Punctus, uis, verbale. { οὐλαγήθιας. GAL. Piquenre. ITA. Pungimento,  
puntura. GERM. Ein stich. HIS. Punçadura. ANG. A stoning or sin-  
ging. { plin. lib. 1. 5. c. 12. Bibitur & contra serpentes, & ante lectiones,  
punctionesque ne sentiatur.

Punctum, i, neut. gen. punctio. plin. lib. 8. c. 50. Oculos suffusos capta  
junci puncto sanguine exonerat, caper rubi. Cels. lib. 5. cap. de carcino-  
mate, Circa locum aliqua quasi puncta sentiuntur. Cicer. in Parax. Sed  
minutis interrogatiunculis, & quasi punctis quod proposuit, efficit.  
Idem l. 4 finium. hoc ipsum ita extulit, pungunt, quasi aculeis, interro-  
gatiunculis angustis.

Puncta, vocant Hebrei vocalium signa, quia ferè punctulis conficiuntur  
Punctus, us, actus, videlicet pungendi, punctio. Plin. l. 1. 9. c. 6. Mustelæ  
etiam oculis punctu erutis, aiunt visum reverti.

Punctiūcula, æ, diminutivum. { οὐλαγήθιας. GAL. Petite piquure.  
ITAL. Picciola puntura. GERM. Ein stichlin oder stupfslin. HIS. Pequena  
punçadura. ANG. A little stinging. { Senec. 3. de Ira, Magis ignosco ei  
qui vulnus inimici, quam qui punctiūculam concupiscet. Idem epist.  
54. Punctiūculæ articulorum, punctiūculæ dolorum. Idem c. 15.  
de vita beat.

PUNICO, puniceo colore sum, rubeo, Apul.

Punicus, a, um, possessorum est à Pœnus deductum, quasi pœniculus, idem  
valens quod Caethaginensis. οὐλαγήθιας. Pœnorum autem nomen à Phœ-  
nicibus derivatum est, detracta aspiratione. ¶ Punica mala, granata:  
quaæ hoc cognomen sibi circa Caethaginem vendicarunt, ubi & multa  
& insignia nasci perhibentur. οὐλα Granata dicuntur, à granis quibus  
sunt referta. Mait. lib. 1.

Aut imitata breves Punica mala rosas.

Poma punica. Ovid. 4. Faſt.

Rapta tribus, dixit, solui jejunia granis;

Punica que in lento cortice poma tegunt.

Punica grana Idem 4. de Ponto Eleg. 15.

Punica sub lento cortice grana rubent.

Punica fides, id est levissima, & nullis sacramentis satis firmata. ¶  
Pœnorum enim perfidia in proverbium abiit, quod ea gens peculia-  
riter periurij, vanitatisque notata sit, quemadmodum abundè testatur  
Livius l. 2. bell. Punie. ubi ait, que Punica religione servata fides ab  
Annibale est. Salust. in lugurth. Comperio Bocchum magis Punica si-  
de quam ob ea que prædicabat, simul Romanos & Numidam spem  
pacis detinuisse. Vide Erasmus in Chil. Punicum sagara Hor. Epos.  
9. Gloria Punica. Virg. 4. Æneid. Plaut. Auf. sc. 5. a. 3. Pellucet quasi  
laterna punica.

Punicum quod appellatur, genus libi translatum à Pœnis, idem appella-  
tum fuit probum, cæteris libis suavissimum quia videbatur. Fest.

Punicus, a, um, quod violæ flammæ colorē refert, φωκικός. quod  
genus coloris & tutilum & spadicem appellari, autor est cell. l. 3. c. 9.  
Sunt enim hæc omnia, ut ille inquit, synonyma quædam roboris exu-  
berantiam splendorēmque significantia. Punicum autem colorē Læ-  
tini græcorum, imitatione videntur appellasse: nam illi φωκικός  
refert. Virg. 5. Æneid.

Punicus ibant evincti tempora tanis.

Idem 5. Eleg.

Punicus humilius quantum saliuca rosetis,

Iudicio nosiro tanum tibi cedit Amyntas.

Idem 12. Æneid.

Punicus in vetta rosis aurora rubebit.

Plaut. Rud. Fiet punicum corium, tibi postea atrum denuo. Idem  
Men. sc. 5. a. 5. Purpureum panem, au punicum, an luteum esse soleam.

Colore puniceo matura a lutea. Lucr. lib. 1. 51.  
Punicanus, a, um, quod est i cœnorum, vel quod ex regione Punicâ  
affatur, ut lecti Punicani. οὐλαγήθιας. Cic. pro Murana, a que illæ stravit  
pelliculis hædinis lectos Punicanos. Var. l. 1. 3. c. 7. Fenestræ punicanis,  
id est more punico.

Punio, is, iui, iuu, Pœna afficio, castigo, quod & pœnio dixerunt  
antiqui. { οὐλαγήθιας. GAL. Punir, chastier.

ITA. Punire, castigare. GERM. Straffen. HIS. Punir o castigar.  
ANG. To punish, or chastise. { Cic. pro domo sua. Tu cum supplicio  
puniendum putas. Idem 1. Offic. Prohibenda autem est maximè ira in  
puniendo. Plin. Epist. 167. Illi qui puniunt capite, initio statim in alia  
discendent.

Punior, iris, passivum Ovid. 9. Metam.

Quod videt hac lucem quod non ego punior ipsa,

Consilium, monitumque tuum est: misericordia tuarum.

¶ Inventur punior deponens, apud Ciceronem pro Milone. Tu me  
iratum Sexte putas tibi, cuius tu inimicissimum multi crudelius etiam  
punitus

punitus es, quām erat humanitatis nīcē postulare. Nonius quoque citat locum ex officiis l. i. Neque ad eius qui punitur aliquem, aut verbis castigat sed ad reipublicā utilitatem reserat. Item ex Tusc. l. i. Tendum est igitur, nī hil curandum esse post mortem quum multi inimicos & mortuos puniuntur. Sic enim legit Nothus, ¶ Punitus id est, supplicio affectus. Suet. in Cal. c. 30. Punito, per errorem nominis, alio, quam quem destinaverat, &c.

Pūniēdūs, ῥγλέσθε, πνωπτίδη. CIC. lib. 1. de Orat. Imcundia est cupiditas puniendo dolos. Suet. in Calig. c. 19. Numerum puniendorum subscibens, &c.

Pūniōlo, nīs, actus puniendi, ut Multat punitio; Gell. c. 1. lib. 1. Eaque res faciebat inaequalem multā punitiōnem.

Pūnītōr, oris, qui punit. { ρώγη ἡρόεσχ. ῥγλάσθε, πνωπτίδη. GAL. Punisseur, qui punit. ITAL. Punitore, chi punisce. GERM. Ein straffer. HIS. Punidor, castigador. ANG. A punisher. ¶ Cicero pro Mil. At valuit odium, fecit iratus, fecit inimicus, fuit ultor iniuriae, punitor doloris sui. Suet. in Cal. c. 67. Desertorum ac seditionis & inquisitor, & punitor acerrimus.

Pūniōlūs, i, nōmen. Suet. in Tiber. Nemo punitorum non in Germanias abiectus, unicōque tractus.

Punus, pēnus, Ater. Gl. Puni A'φεστ.

Pūrā, τ, puer parvula & tenella. { πνωπτίδης. GAL. Fillette ou poupée. ITAL. Pupina, fanciula. GERM. Ein junges meydlin oder roschterlin. HIS. Mochacha pequeña, ó muñeca. ANG. A poppet. ¶ Martial. lib. 4.

Pupam se dicit Gilla, quum sit anus.

Auson.

Barbara que Laras vincis alumna pupas.

¶ Pupas item appellabant imagunculas quasdam puellares quibus virginis in prima pueritia lusitare solebant, donec jam pubertati vicines, eas Veneri offertent ἀγαποῦλα. Var. in Orig. Itaque brevi tempore magna pars in desiderium puparum & sigillorum veniebat apud Non. c. 2. Pers. Satyr. 2.

Dicte Pontifices, in sacris quid facit aurum?

Nempe hoc, quod Veneri donare à virgine pupa.

Pūpīllā, τ, parva pupula, Niger in cornea tunica, atque adeò in medio oculi circulus tunice, qui p̄p̄zōdōs à Græcis dicitur, foramini respondens. { κόκκη. GAL. La prunelle de l'œil. ITA. Pupilla, luco d'ell' occhio. GERM. Der augapfessel oder stein des augs. HIS. La niña del ojo. ANG. The ball or apple of the eye. ¶ Plin. l. 11. c. 37. Media oculorum cornea fenestra pupilla: cuius anguli non sinunt vagari incertam aciem, & veluti canali dirigunt, obiterque incidentia facile declinant, aliis nigra, aliis atra, aliis glauci coloris oribus circumdat: ut habili mixtura accipiat circunecto candore lux, & temperato, repercutta non obstrepas. Adeòque iis absoluta vis, ut tam parva illa pupilla totam imaginem reddat hominis. Ea causa est ut pleraque alium è membris hominum oculos potissimum appetant quod effigiem suam in iis certantes, velut ad cognata desideria sua tendunt. Haec tenus Plin. ¶ Pupilla duplex iis, qui fascinant & intermixtum hominem videntendo. Vide Gellium c. 4. l. 9. CIC. 1. de natura deor. Acies ipsa qua certimus, quæ pupilla vocatur, ita parva est, ut ea quæ nocere possint, facile vitet. Plin. lib. 28. c. 6. Augurium ex homine ipso est non timendi mortem in ægitudine, quandiu oculorum pupillæ imaginem credant. Eadem & mox pupula dicitur.

Pūpūlā, τ, pupilla. { ῥγλάσθε, κόκκη. GAL. La prunelle de l'œil. ITA. Pupilla, luco dell' occhio. GERM. Der augapfessel. HIS. Niña del ojo. ANG. The ball or apple of the eye. ¶ Luc. lib. 2. Et quoniam plaze quoddam genus exigit in se Pupula, quoniam sentire dolorem dicitur album. CIC. 2. de nat. deor. Alphæ quæ sunt regimenta oculorum, mollissimæ tactu, ne lœdeant aciem aptissimè facte ad claudendas pupulas, ne quid incederet, & ad apicendas. Mart. lib. 4.

Parvula sic totum pervisit pupula cælum.

Horatius Epod. 5. Interminato quum semel fixæ cibo Intabuissent pupulae.

Pupillo, ας, ατ, verbum fictitium à voce pavonis. Aut. Philomelæ 6.

Pupillat pavos, tristat hirundo vaga.

Pūrīllūs, i, propriè parvus pupulus. Pupulus & pupillus, diminuta à pupus. Usurpat pro impiibere, qui in patris potestate esse debuit morte, vel emancipatione, ut docet Pompei. l. pupillus. D. de verb. signific. { γένη πατέων οὐδεν. GAL. Pupille de douze ou quatorze ans. ITA. Pupillo, sensa patre. GERM. Ein väterlos kind das unter seinen. 14. saaren ist ein weifslin. HIS. El menor de bajo del tutor. ANG. One that hath not a father alive, aroarde. ¶ Huius foeminius est pupilla. Videntur autem hæc voces à pupus & pupa veluti per diminutionem deducere, quamvis, à primitivorum significatione non nihil degenerent. Hieronym. Pupillus dicitur qui non habet patrem: orphanus qui nec patrem habet, nec matrem. CIC. 3. Ver. Is mortuus est: reliquit pupillum parvum filium. Idem in Topic. Non quemadmodum quod mulieri debet recte ipsi mulieri sine tute solnas: ita quod aut pupillo, aut pupillæ debetas, recte possis eodem modo soluere. Horat. 1. Epist. 1.

ut piger annus

Pupillus quos dura premit custodia matrum.

CIC. 3. Verr. Ille infanti pupillæ fortunas patris ademit, Gell. c. 13. l. 5. pupilli primum iuxta parentes locum tenere debent, moribus populi Romani.

Pūpīllās, e, quod est pupilli, ut Pupilla is ætas, pupillare negotium, pupillaris pecunia. { ῥγλανής. GAL. Appartenant à pupille. ITA. Fanciullesco. GERM. Das eines weifslins ist. HIS. Cosa perteneciente à pupillo. ANG. Belonging to one in regard by reason of his nonage. ¶ Liv. lib. 4. bell. Pun. Pecunia quoque pupillares primi, & deinde vidularum exceptæ conferri. Quint. pupillates actiones puer egit Demosthenes. Suet. in Aug. c. 66. Si pupillæ iætate essent (sup. liber).

Pupior, πνωπτίδης, juvenor.

Pūpīlīs, is, foemini gen. Posterior pars navis est, quasi post, ait Isid. l. 14. 2. Vet. vocab. quali post posita. { πνωπτίδη. GAL. La poupe, le derrière de la navire. ITA. Puppa della nave. GERM. Das hindertheil des schiffs. HIS. La popa, parte prostrera de la nave, ó toda la nave. ANG. The

binder part of a ship. ¶ Liv. 2. bell. Pun. Naves omnes que non aut perierant priors litori illis, aut carinas fixerant vadis, eligatas pupibus in altum extraxere. Ovid. Eleg. 8. lib. 4. Trist.

In cava ducuntur quassa navalia puppes.

Idem 13. Metam.

Nempe ego mille meo protexi pectori puppes.

¶ Per syuedochen tamen accipitur pio tota navi. Ovid. 5. de Ponto.

Dum mea puppis erat valida fundata carina.

Virg. 10. Æneid.

Interea Æneas socios de puppibus altis

Pontibus exponit.

Ovid. Epist. 12.

Iussus inexpertem Colchos advertere puppim.

¶ Ponitur aliquando pro reipublicæ administratione, translatione sumpta à gubernatoribus, qui in puppi sedentes, clavum tenent. CIC. ad Papyr. Patrum, lib. 9. Sedebamus enim in puppi, clavumque tenbamus, nunc autem vix est in sentina locus.

Puppius, poëta Tragicus fuit, qui ita spectantium affectus movit, ut eos fieri compelleret. Autor. Acro in illud Horatij l. 1. Epist.

Vt propius species lacrymosa poemata Puppi.

Pupula, vide pupilla.

Pupulum, πνωπτίδης, urbs est in latere Meridionali Sardiniae, teste Ptol. lib. 3. cap. 3.

Pūpūs, puer parvulus, & tenellus. { πνωπτίδης. GAL. Petit ensant.

ITAL. Fanciulino. GERM. Ein jungs Kindlein. HIS. Mochacho pequeño, ó muñeco. ANG. Abadic or image lik a young childe or a young childe. ¶ Vari. Mammaria lactantis sugentem pascere pupum. Huius foeminius nūni est pupa de qua paulo ante. Non. c. 2.

Pupulūs, πνωπτίδης Pupula, πνωπτίδης, diminutivum à pupis & pupa Catullus,

Deprendi modò pupulum puelle Trusantem.

Pūrgo, ας, Mundo, soi dibus libeo, quasi purum ago. { ῥγλάσθε, κόκκη. hebar. πνωπτίδης, πνωπτίδης. GAL. Purger, nettoyer. ITAL. Purgare, mondere. GERM. Reinigen, scuberin. HIS. Purgar, ó alimpian. ANG. To purge, to mak cleane. ¶ Col. l. 2. Itaque cavarum formam quum purgavimus undique, adrasos surculos inferimus. Cato c. 63. Si inquinata erit, latito; à foliis & stercore purgato. Ovid. 1. de Ponto. Eleg. 9.

Nec dubitem longis purgare ligionibus arva.

Idem 4. Fast.

Omnia purgat edax ignis, vitiumque metalli

Excoquit idcirco cum duce purgat oves,

Oiat. 1. Epist. 7.

Cultilos proprio purgantem leniter urgue.

Purgare aluum, est alii sordes medicamento expellere. CIC. 1. deorum, deorum, Vomitione canis purgare alios ibes ägyptiæ dicuntur. Plaut. Amphit. Tu purgari iusseras vasa, ut rem diuinam facieres. ¶ purgare se, ut vulgo dicimus se purger, purgari. Cels. lib. 3. c. 18. Pani adiciendum ( veratum) quo facilis fallat. Nam si bene se purgaverit, ex magna parte morbum levabit, id est, si bene purgatus fuerit. ¶ Purge ova, id est, repugare à testis & putaminibus. Cels. lib. 6. cap. de rhagad. Columbina quoque ova coquenda sunt, & ubi induraverunt, purganda. Purge cum genitivo. Horat. 2. Serm. Satyr.

novi:

Et morbi miror purgatum te illius.

Purgare pisces. Terent. in Adolph. Pisces cæteros purga, Dromo, congrum istum maximum in aqua finito ludere paulisper. ¶ Per translationem, purgare significat excusare. διαλογια. Idem in Eunuch. Sed heus tu, purgón ego me de istac Thaidi. Quod eam me amare suscipita est? Cicer. Attic. lib. 1. Quintus frater purgat se mihi per literas. Idem pro Sexto, Roscio. Servos ipsos neque arguo, neque purgo. Plaut. Amphit. Iam hoc reverti ut me purgarem tibi. Quintilian. Purge metus mortis & superstitionis. ¶ Purgati rationes dicuntur, quando deciduntur superflua, aut obstantia, collatione facta accepti & expensi. Suet. in Calig. c. 19. Decimo quoque die, numerum puniendorum ex custodia subscribens, Rationem se purgare dicebat. ¶ Purge fastidium, est curare & remedium adhibere. Plin. l. 8. c. 27. Palumbes, graculæ, merulæ, perdices, lauri folio annuum fastidium purgant. ¶ Purge pro. inane & vacuum reddere, id est, purum. (nam parus locus in quo nemo est, & qui nulla re occupatur. Horat.

verum

Pura sunt plateæ nihil ut mediantibus obfit.)

Cic. pro Sestio, cædem maximam facias: forum purges. Varro apud Nonium, purgatum scito.

Purgito, ας, are. Plaut. Aulul. sc. 6. a. 4. Non placent homines, qui quando malè fecerunt, purgant. (i.e. excusant.

Pūrgatō, i, verbale, ipse purgandi actus. { ῥγλάσθε, κόκκη. GAL. Purgatione. ITA. Purgatione. GERM. Ein reinigung. HIS. Obra de purgar ó alimpiar. ANG. Purging or making cleane. ¶ Ponitur aliquando pro excusatione, διαλογια, ταπεινοτα. Terent. in Heaut. Nescio quid peccati portet hæc purgatio. ¶ Purgationes foeminarum, p. o. menstruis dixit. Plin. l. 20. c. 4. Purgationibus, inquit, foeminarum, & vesicæ, urinæ utile decoctum.

Pūrgatō, i, πνωπτίδης. Apul. in Apol. Hercules lustrator orbis, purgator scaturit, gentium domitor.

Pūrgatō, i, πνωπτίδης. Macrobius. Col. l. 4-8. Secundæ virtutes, quas purgatorias vocant, hominis sunt, qui divini capax est, solumque animam eius expedient, qui decrevit se à corporis contagione purgare. Purgatorium absolute ignis purgatorium. { Gegfærer.

Pūrgatō, i, πνωπτίδης. Pers. Satyr.

Somnia purgata qui purgatissima mittunt.

Pūrgatō, i, πνωπτίδης, seu Purgamentum, ti, Sordes, vel immundicæ, quas tenet aliquam purgantes, eiicimus. { ῥγλάσθε, κόκκη. GAL. Baillieure, l'ordure & immundice qu'on ose de la maison. ITAL. Sporchezza. GER. Die ausroischen/ der röste und unsauberen so man answohnt. HIS. Sziedad, estiercol. ANG. Filth. coming of any thing that is uncleaned. ¶ Col. lib. 1. Sterquilinia quoque duo sunt: Vnam quod nova

nova purgamenta recipiat & in annum conservet: alterum verò ex quo vetera vehantur. Liv. 1. ab Urbe Cloacāmque maximam receptaculum omnium purgamentorum urbis, sub terram agendam Senec. Epist.

74. Purgamenta interdum creat terra pro frugibus.  
Purgabilis, e, quod facile purgatur. { πορφύρα. GAL. Aisé à purger. ITAL. Facile da purgare. GERM. Das gut zu seueren oder zu reinigen ist. Hisp. Cosa quo se puede purgar. ANG. That is easilie made cleane. } plin. lib. 1. s. cap. 2. 3. Rotundior quæ balanitis vocatur, purgabilis maxime, & sponte profiliens.

PURPURA, 2, piscis ex concharum genere, in faucibus habens liquorem, tingendis lanis maximè expeditum. { יְהָמָן argaman. τοξόπους. GAL. Pourpre, soit le poisson ou la peinture qui on en tire. ITA. Porpora. GER. Ein meerschnecke aus des schweiss oder blut man purpur farbet. His. La concha de carmesi color, o el mesmo color de carmesi. ANG. Purple. } plin. lib. 9. cap. 36. Purpuræ vivunt annis plurimum septenis. Latent sicut matices, circa Canis ortum tricenit diebus. Congregantur verno tempore, mutuoque attritu lentorem cuiusdam cerae salivant. Simili modo & muri. Sed & purpuræ florem illum tingendis expeditum vestibus, in mediis habent faucibus. Liquoris hic est minimi in candida vena unde pretiosus ille bibitur, nigrantis & colore subluncens. Reliquum corpus sterile. Vivas capere contendunt, quia cum vita sua succum illum evomunt. Vitruvius autor est, purpuræ pro soli proprietate alium atque alium habere colorem: & apud Tyron quidem rubrum, circa Africam autem punicum succum emittit, quo & purpura tingit, quam violaceam appellant. Cornel. Nepos, Me juvēne violacea purpura vigebat. Primum autem tingenda purpura initium ad Herculem referunt Phœnices, telle Iulio Polluce, qui quum Tyro puella comitatus, juxta maris litus iter faceret, accedit ut canis purpura è mari egestam nactus, carnem ejus depascetur: cujus ieiunum quum Tyro gratissimo colore infectum videbat, negavit sibi cum Hercule deinde quippiam futurum, nisi ille coloris ejusmodi vestem sibi atrulisset. Cui morem gerens Hercules, primus cruentum ex purpuris collegit, lanaque eo infecta amicæ, quām petierat vestem atulit. { Accipit ut quandoque purpureus pro pulchro. Virg. 1. Georg.

Et pro purpureo pœnas dat Scylla capillo.

Purpura à pelago pelagia appellatur. { Purpura antiquitus erat insigne Romanorum magistratum: quod Martialis affirmat, quum ait. Divisit nostras purpura vestra togas. Vnde aliquando ponitur pro ipsis magistratibus. Idem, Purpura te felix, te color omnis honoris plin. lib. 10. cap. 21. ubi de galis gallinaceis, Ut planè dignæ aliti honoris tantum p. & beat. Romana purpura id est, Romani magistratus. } Purpura non convenit luctibus. Ovid. Eleg. 1. l. 1. Trist. Purpura & aurum mulieres in luctu deponunt. Liv. lib. 34. Et qui purpura uerentur. Ibid. Quintil. In purpuris roripit puer: & jam cœcum intelligit. Idem Quintilian. Ut purpura tunicarum testè descendant plaut. Menach. sc. 2. a. 1. Lanam, aurum, purpura tibi præbeo. Idem Mostell. sc. 3. a. 1. Purpura ætas occultanda est: auro turpe (id est) turpitudine mulieris.

Purpura, a, um, propriè ex purpura factus: deinde est simili colore tuetus, ut purpureus color qui purpura succo tintus est: aut certè qui succi ejus coloriem refert, hoc est, qui ex subnigro tubescit. { πορφυρός. GAL. De pourpre. ITA. Porporino. GERM. Purpursarb. His. Cosa de carmesi. ANG. Of purple. } Virg. 1. l. Aeneid.

Labitur exanguis labuntur frigida letho

Lumina: purpureus quondam color ora relinquit.

{ Purpureæ vestes, alias Tyrice dictæ, à loco, ubi purpura optimè tingebantur. plin. lib. 11. c. 37. Caesar dictatori quo dñe primum ueste purpurea processit, atque in sella aurea sedet, sacrificanti bis in extis defuit cor. plaut. Menach. sc. 5. a. 5. Purpureum panem, an puniceum, an luteum esse soleam. Ovid. Eleg. 1. lib. 4. Trist.

— Purpureo sanguine tingit humum.

Idem 3. metam.

Purpureum viridi genuit de cespide florē.

Idem 6. Fast.

Lataque purpurea luce resulfit humum.

Idem 3. Fast.

Purpureum rapido qui vebit axe diem.

{ Quandoque tamē purpūrum pro cæruleo positum legimus, præfertim quia de mari dicitur, ex nimia altitudine nigrificente. Virg. lib. 4. Georg.

In mare purpureum violentior influit annu.

Cicer. 4. Acad. Mare illud quod nunc Favonio nascente purpureum videtur, idem huic nostro videbatur. Purpureus pro purpurato. Horat. 1. Carm. Ode 35.

Et purpurei metuunt tyranni,

Sic Claudianus de rapto Proserp. lib. 2. reges purpureos vocat. { Purpureus, pro pulchro. Ovid. Eleg. 9. lib. 2. Amor.

Notaque purpureus tela resumit amor.

Purpurilla, locus extra portam, ubi purpurea ueste uerentur. Glos. Isidor.

Purpuro, as, In purpura virgo. { πορφυρίων. GAL. Prendre couleur de pourpre, se teindre en pourpre. ITAL. Tignersi in porpora. GERM. Sich auss purpursarb machen. His. Colorarse de carmesi. ANG. To be come lik purple or waxe purple coloured. } Col. lib. 10.

Tum qua pallet humi, qua frondens purpurat auro,

Ponatur viola, nimium rosa plena pudoris.

Purpurasco, scis, ere, idem. πορφυρίζειν. Cicer. 2. Acad. Quid, mare nonne cæruleum? at ejus unda, quum pulsæ est remis, purpurascit?

Purpuras, a, um, Purpura ornatus. { γένος methudah πορφυρίδης στολὴ. GAL. Vestu de couleur de pourpre. ITA. Vestido con habito di color porporino. GERM. Mit purpur besteider. His. Vestido de carmesi. ANG. Cladde with purple. } Vnde purpuras dicti sunt qui apud principes cæteris dignitate anteantes, purpurea ueste uterantur. Cicero. lib. 1. Tusc. quæst. Istis quæsto, ihuit illa horribilia minitare purpuras tuis, Liv. 1. bell. Punic. Cum duce Athenagora uno ex purpuras. Purpuratus Cabinus. Cic. 4. Catil. plaut. Mostell.

sc. 3. a. 1. Pulchra mulier nuda erit quam purpura pulchrior. Purpūratūs, a, um, quod ad purpura pertinet: ut, Officina purpura, in qua purpura tingitur. { πορφυρίστι. GAL. De pourpre. ITA. Di porpora. GER. Das zu dem purpurgehört. His. De carmesi. ANG. Of purple. } Plin. lib. 35. cap. 6. Alterum genus est in purpura officinis.

Purpūrissa, i, Coloris genus, ex creta argentaria, purpura succo incibita: quo & pictores utuntur, & mulierculæ purpureum generum colorem sibi conciliant. ἀρπάζειν. Aristoteli, & Polluci. { GAL. Croye de mize à argent teinte de pourpre. ITAL. Color finto di porpora. GER. Ein angemachte farb auss purpur mit deren die rotius ber das angicht maalen. His. El barilo, alcocilla. ANG. A kind of purple most precious. } Plaut. Mostell. sc. 3. a. 1. Credo purpūrissum. Non do. plin. lib. 35. cap... Ex reliquis coloribus quos à dominis dari diximus, propter magnitudinem pretij, ante omnes est purpūrissum: à creta argentaria cum purpuris patiter tingitur, bibitque cum colorē celerrimis lanis.

Purpūrissō, as, Purpura inficio. { γένος thallab ἀρπάζειν αγαλμα. GAL. Teindre de bresil, ou couleur de pourpre. ITAL. Tignere tale colore. GER. Mit purpursarb farben. His. Colorar di brasil à alcocilla. ANG. To die purple or to mak of the colour of purple. } Plin. in Trin. Itas buccas tam bellè purpūrissatas habes. Purpūrissō enim utebantur mulieres ad labra & genas tingendas, quemadmodum etiam hodie pleiunque fieri videmus Postea tamen subjicit. Buccas rubrica, etia omne corpus intinxit tibi. Quod efficit, ut summus Grammaticus inter purpūrissum & rubricam non distingueret.

Purpūrites inter marmora, lapis iubens, candidis punctis distinctus.

Isid.

Purpūs, a, um, Mundus, sine sorde. { γένος naki רוחה תחורה. καθάρος, ἀγέλης. GAL. Pur not, clair. ITAL. Puro, mondo semplice. GERM. Rein / sauber. His. Puro y no mezclado, limpio. ANG. Cleane, undefiled. } Cic. pro Cæsin. Quicquid inde haurias, purum, liquidumque te haurie senties. Horat. 3. Carm. Ode 16.

Pura rivus aqua, sylvaque jugerum

Paucorum, & segetis certa fides mea.

Cicero 2. de nat. deor. Etenim licet videre acutiora ingenia, & ad intelligentiam aptiora eorum qui terras incolant eas in quibus aëre sit purus, ac tenuis, quam illoram qui utantur crasso cælo, atque concreto. { Hinc pura uestimenta à veteribus dicebantur, quæ non erant praetexta: purum, argentum, quod est sine emblematis & simpliciter laboratum. Idem Verr. 6. Emblemata detrahuntur. Sic Haluntini excusis deliciis, cum argento puro domum revertuntur. Quintil. Pura voluptas studiorum & litterarum Senec. c. 13. de cons. ad Helv. Puri oris nemo inspuisset faciem Aristidis. Ovid. 4. Fast.

Vita munere purus eris. (i. expiatus.)

Plaut. sc. 1. a. 4. Iube vasa pura apparati. Et Amph. sc. 2. a. 3. & sc. 14. a. 1. Iube vasa pura adornari mihi. Idem Amphit. Manibus puris, capite operto, Deos invocate. Sueton. in August. c. 95. Liquido ac puro sereno. (i. cœlo) } Vipian. in l. locum, de relig. & sumptus. purum locum esse definit, qui nec sanctus, nec sacre nec religiosus est. Purus locus in alia significatione, vide Pargo. Pura oratio, à Terent. in Heaut. prologo, dicitur quæ nihil fecis barbara habeat admistum. Pura hasta, à Virg. 6. Aeneid. appellatur quæ est sine ferro, quæ præmiū fuit apud anticos militum eorum qui ex memoribili aliquo prælio victores evasissent. Suet. in Claud. c. 28. Quem Britannico triumpho inter militares viros hasta pura donavit. Idem Pura aibor, Ovid. 1. Fast. Non men idem ramo, qui cœlus ab arbore pura. } Pura vasa, à Paulo in l. sc. rem. de rei vendicat. dicuntur quæ sunt sine emblemate, sine cælatura, & instructione. Pura cœna, qua fungebantur, cum in castro essent: non autem ea, quæ absque animatis paratetur. { Purum judicium, à Cic. 2. de juvent. ponitur pro simplici, & eo cui adjecta non est exceptio. } Impurus, quod modè sordidus, contaminatumque significat. } Idem 4. Philipp. Quæ multis illum ingenuis, quam multis matribus familiis in illa terra atque impura legatione vim attulisse existimatis? { Puri menstruo esse dicuntur, qui sacrorum causa toto mense in ceremoniis sunt, id est, ut puri sint, ceteris rebus carent. Fest.

Purumputum, omni modo purum, non mixtum cum alieno; seu heterogeneo, & repugnat à suis sordibus. Vide Purum.

1. utrē, adverb. Castæ, religiosæ. { πορφυρός. GAL. Puramente nettemente. ITAL. Puramente, mettamente. GERM. Sauberlich mit reinigkeit. His. Puramente, limpiamente. ANGL. Purelie, cleanelie. } Cic. 1. de nat. deor. Hæc enim omnia puræ ac castæ tribuenda deorum numini, Idem de senect. Quietè puræ, & eleganter acta ætas. Loqui puræ, & emendare. Idem de optim. gener. orator. & Geli. 6. lib. 13. Ovid. 2. Fast. Sacra parabant quæ facient puræ quænum forent oīta dies, Plaut. Aul. sc. 5. a. 1. Vascula intus puræ propria atque cluc. { Puræ habere, pro puram à vito noctem transigere, est scorsim cubare. Plaut. sub fin. sc. 1. a. 4. Si forte puræ velle habere dixeris, tot reddat spicas, (noctes,) quæ puras havent. (Ita ibi enim legendū non habuerit, ut penultima producatur.) } Legitur & Puriter, apud antiquos, ut Puriter facere in sacrificiis, tanquam sanctæ sacrificare, Nevius, in Virgine pregnante. Sequare me, puriter volo facias: igni atque aquâ volo hunc exciperé. Cato de re rust. c. 23. Succini puriter omnium dierum pariter in dolia dividito.

Purissimè loqui. Gell. cap. 10. lib. 2.

Purissimè, dixerunt veteres pro purissimè, ut annotavit Festus. Pū. ifico, as. Mundo, purum facio. { γένος tibér הַבָּר בְּקָר כִּזְבָּר nikah. καρπίλη, καρπίπη. GAL. purifor. ITAL. Purificare, mondare. GERM. Reinigen/rein oder sauber machen. His. Apurar o alimpiar. ANG. To make clean. } Suet. in August. Paulóque post egressum, illámque expergefacta, quasi à concubitu mariti purificasse se, & statim in corpore ejus extitisse maculam depicti draconis. Plin. lib. 1. c. 41. Villaribus gallinis & religio inest: inhorescunt edito ovo, excutiuntque sese, & circumacta purificant, ac festuca aliqua sese, & ova lustrant. Idem lib. 8. cap. 1. de elephanti. Autores sunt, Mauritania saltibus ad quendam aenam, cui nomen est Amilo, nitescente luna nova, greges eorum descendere ibique se purificant solenniter aqua circumpergi, aquæsta salutato

CC 5 fidere

siderē in sylvas reverti. ¶ Purificare agrum (cædendo rubos, sup.) dixit Gell. c.12.lib.19.

Purificārō, nis, verbale, Purgatō פְּרִירָת taborah טְהָרָת tōhar. נְגַדֵּל, ἀρνεῖσθαι. GAL. Purification, purgation. ITAL. Purificatione. GERM. Ein reinigung. HIS. Purgacion, apuramiento, ANG. A making cleane. ¶ Plinius lib.15. cap.30. de lauro loquens, Eadem & purificationibus adhibetur.

Pūrītās, atis, Munditia, castitas. ¶ תְּהָרָת taborah טְהָרָת tōhar. אֲנִיָּה נְגַדֵּל. GAL. Pureté, neteté. ITA. Purità, mondanità. GERM. Reinigkeit, sauberkeit, lauterekeit. HIS. Pureza ó limpieza. ANG. Cleanesse puritie. ¶ Cujus contrarium est Impunitas, hoc est turpitudo, seu improbitas.

Pūrītē, vide Purē.

Purum, substantivē cœlum, Georg.2.

Ac dum prima novis adolescit frondibus etas,  
Parcendum teneris: & dum se latus ad auras  
Palms agit lacis per purum immissus habentis.  
Ipsa acie saltis nondum tentanda.

Ibi Servius: Per purum, id est per aërem.

Pūs, pūs gen neut. Sanies coacta, & ex maturitate crassa jam effusa & albida. ¶ מְבֻשָּׁה. GAL. La boue & ordure qui soit d'un cloe, apostume ou semblaibles. ITA. Marza, che esce d'una apostema o d'un brusco. GER. Exter. HIS. La purrefacion o podre. ANG. The matter or filthiness that cometh out of a sore. ¶ Plin. lib.28. c.11. Si gravitas sit audiendi, fel bubulum cum urina caprae, vel hirci prodest, vel si Pus sit. ¶ Pus à sanie distinguunt Cels. lib.5. his verbis. Sanguis omnibus notus: sanies est re-nuio hoc, varie crassa, & glutinosa, & colorata: pus crassissimum, albi. dissimilansque, glutinosus & sanguine & sanie. Exit autem sanguis ex vulnera recenti, aut jam senescente: sanies est inter utrumque rempus: pus ex ulcere jam ad sanitatem spectante. Movere pus, est pus excitare, & evocare. Idem Cels. Aliud ampullatum eodem nomine puri movendo est. Idem lib.7.c.9. donec pus moveatur. ¶ Pus citare, i. pus movere, idem lib.5.c.de Meliceria. Pus habent aures, i. purulentæ sunt. Idem lib.6.c.7. Pus per se aperitur. Idem lib.7.c.2. Satisque est catalplasmati efficere, ut per se pus aperiatur. Quæ puti movendo sunt, idem lib.7.c.7. id est, cœnū vñna.

Pūrūlēntūs, a, um, quod pure, sive sanie plenum est. ¶ שְׂרֵךְ teri πνύδας. GAL. Plein de boëe & d'ordure, d'apostume. ITA. Pieno di marza, GER. Eyterchtig, volleyter. HIS. Cosa podrida. ANG. Full of matter. ¶ Plin. lib.22. c.11. Stabæ decocta in vino, præcipue auribus purulentis medetur. Idem lib.20. cap.2. Purulenta autem expuentibus auxiliatur cum emulo, pari ponderè.

Pūrūlēntē, adverb. ¶ יְמַבָּשָׁס, וְמַבָּשָׁס. GAL. Avec boue. ITAL. Con marza. GER. Mit eyteren. HIS. Con podre. ANG. Corruptely, as the matter of a sore. ¶ Plin. in proemio lib.23. Cicatricibus marcidis, ossibus purulentè limosis plurimum confert.

Pūrūlēntā, æ, Ipsa puris plenitudo, vel vulnus plenum pure. ¶ πνύδης.

Pūsā, pro puella apud antiquos accipiebatur. μηδοναγέτω. Festus.

Pūsillāmūs, i, qui pusillo & abjecto est animo. ¶ קָרְעֶה. GAL. Pu-sillamine, crainif. ITA. Di poco animo. GER. Kleinmütig. HIS. De poco coragem. ANG. Of small courage, cowardous. ¶ Græci μικρός, ψυχή, dicunt, cui contumaciam est magnanimus. A quo

Pusillanimitas, μικροψυχία, ανυπεξία, &

Pusillanimitas: adverbium, ανάδεικτο.

Pūsillūs, a, um, parvulus, exiguus. ¶ בְּבָטַח hakkatār עַמְּלָת. τέλετο. GAL. Petit. ITA. Piccino, picciolino. GER. Klein. HIS. Pequeno o pequito. ANG. Little, small. ¶ quod videtur esse diminutivum à pusus. quo veteres pro puerulo utebantur. A quo iūtus fit aliud diminutivum pusillus. Martial. lib.1.

Bellus homo, & magnus vis idem Costa videri.

Sed qui bellus homo est, Costa, pusillus homo est.

Tiebonius Cic. lib.12. Ego tamen nactus in navigatione nostra pusillum laxamenti, id est, paululum recreationis, relaxationis, Horat. 1. Serm. satyr. 4.

Dibene fecerunt; inops me, quoddque pusilli

Finixerunt animi, raro perpauca loquentis.

Cic. ad Brustum, Videlicet quum illam pusillam epistolam tuam ad me dabas nondum erat tibi id notum. Iuvén. Satyr. 5.

Terra malos homines nunc educat, atque pusillos.

Cic. Attic. lib. 5. Habui nus in Tusculano quasi pusillam Romanam tantam erat in his locis multitudine. Vxor pusilla Horat. 2. Serm. satyr. 3. Testis pusillus. Cic. 2. de Orat. Differt autem pusillus & brevis, quod pusillus dicitur de corpore, ut homo pusillus, pusilla urbs: brevis autem est in natura, ut brevis dies, nox, annus. Solipater. lib. 1.

Pūsio, nis, Pupus, parvus puer, tanquam diminutivum ex pusui. ¶ וְלִילֵדֶת מְבֻשָׁס. GAL. Petit enfant. ITAL. Fanciullo. GER. Ein kleins oder jungs knäblin. HIS. El muchacho de poca edad. ANG. A little child. ¶ Veteres enim pusum & pusam, pro puer & puerilla usurpabant. Capitur tamen scire semper pro scotto masculo. Cicero. pro Cal. Qui te amat plurimum, qui propter nescio quam credo, timiditatem, & nocturnos quosdam inanes metus tecum semper pusio, cum maiore sorte cubitavit. Juven. Satyr. 6.

Nōnno putas melius, quod tecum pusio dormit?

Pusio qui noctu non lutigat.

Pūstūlā, æ, tuberculum in summitate cutis nascent, pus continens ¶ שְׂרֵךְ נְגַדֵּל הַבָּבָשָׁה פְּלֹעָרְטָה פְּלֹעָרְטִיס GAL. Vne ampoule ou vessie: pusule. ITA. Bruffola, vñvolta, boli, bla. GER. Ein porpelen oder blazlin so aus der haut entspringt/wachst gewöhnlich extre darin / ein blater. HIS. Postilla de sarna o buva. ANG. Ablierer rheale, or little pushe. ¶ Nomen generale est ad tuberculata omnia, præter naturana in cœte efflorescentia: pure (utquidam volunt) quod in se continet, deducta appellatione: quamquam etiam latius pustulatum nomen ad ea extenditur, quæ pure carent. Martial. lib.14.

Feruida ne trito tibi pollice pustula surgat,

Exornent docilem garrula plectra lyram.

Quo in loco pustulam appellare videtur ampulla genus, in manibus

pedibusve ex nimio labore proveniens Cels. lib.5.c.28. pustularum nomina ad quatuor contraxit genera, in phlyctenæ scilicet, hoc est, majoræ pustulas, lividas, aut pallidas, aut nigras, hystericæ distentas ex fure, igni, vel medicamentis provenientes, sub quibus eum ruptæ fuerint, quasi exalcerata caro appetet. In exanthemata, quæ Plinius modò eruptions pituitæ: modo papulas appellat. In sydiacis paulò duriora subalbida, & acuta. Et in epinyctidas quæ sunt sublivide, modicæ tumescentes, & plenæ sanguinis, tibias & pedes noctu sece, maximè infestantes: unde & nomen trahunt,

Pustulatus, a, um, pustulæ similitudinem habens: ut

Pustulatum argentum, sive pusulatum, à pustula, sive pusula, vel postulatum, veteri scriptua verso u, in o, A pustulis dicitur, quæ in argento cælato in aspergimē: quandam excisæ visuntur, sicut pustula in corpore ex igni, frigore, vel labore nascentes. αργυρίος φλυκτηράδις. Martial. lib.7.

Sed jam scio, nulla venit à me

Argenti tibi libra pustulati.

Tranquillus in Netone, pustulatum argentum posuit pro purgatissimo, & excoctissimo: cujusmodi aurum obiyzum à Græcis appellatur, Exegitque (inquit Suetonius) ingenti fastidio & aceritate nummum asperum, argentum pustulatum, aurum obiyzum, ut pleique omnem collationem palam recusarent. Budæus, Nonnulli tamen indicant legendum esse pusulatum. quemadmodum legitur l.3 i.D. locati, & illud videri deductum à pusula quo nomine ignis acerrimus significatur. Difficile est in hac re tam obscura omnia ingenii satisfacere. Ita que suum, cuique reliquendum est judicium.

Pūsūlā, æ, idem quod pustula. Morbi genus à flava bile, vel tenui sanguine, vel ab utroque pectoris, que in & ignem sacraria appellant. ¶ שְׂרֵךְ נְגַדֵּל הַבָּבָשָׁה פְּלֹעָרְטָה פְּלֹעָרְטִיס. GAL. Ampoule ou vessie, ou le feu saint Antoine, erispele. ITA. Infermità, sacro fuoco di Sant'Antonio. GER. Ein bōse brennende röte mit blateren / S. Antonij feur / ein bōse franzheit. HIS. Roña o sarna. ANG. Te wildfyre. ¶ Col. lib.7. cap.5. Est etiam insanibilis sacer ignis, quam pululam vocant pastores.

Pusulatus, pustulatus.

Pūsūlōsūs, & pusilosus, pusulis plenus u, & i, sæpe inter se commutantur, ut optimus, optumus. Turcib. ¶ שְׂרֵךְ פְּלֹעָרְטָה פְּלֹעָרְטִיס. GAL. Pustuleux, ou malade du feu saint Antoine. ITAL. Chi ha il sacro fuoco. GERM. Das cin solch bōse oder brennende röte mit blateren hat. HIS. Doliente de tal roña o sarna. ANG. Sick of the wild fyre. ¶ Colus. lib.7.c.5. Vivam pecudem, quæ fuerit pusulosa resupinam obruamus.

Pusus, puer. Varro l.6. de L. L. Lucr. lib.4.

Pus sape locum propter, se ac dolia certa

Somno devincti credunt extollere vestem.

Ita Lambinus legit.

Pusus, a, um, à Puscus, e detrito Passerat.

Pūtāmen, vide Puto, ss.

Pūrana meretrix. L. g. b.

Pūtēl, is, quid sit, video vel inter primi nominis Grammaticos parum constare. Actio locum fuisse putat ad quem convenire solebant fereratores. Porphyrio sedem fuisse tradit Praetoris, propè Arcum Fabianum, in quo primum tribunal & subsellia à Libone quodam fuerint collocata: unde & Libonis puteal ab Horatio ait appellatum, Forum, putealque Libonis, Mandabo siccis, P. Victor in regione Urbis octava puteal constituit Libonis, & Ianos duos, totumque cum locum mercatoribus frequenter fuisse air. Verum omissis horum opinionibus, illud certè constat, Puteal locura fuisse in comitio in gradibus ipsis ad lævam Curia in quo olim Atelij Nævij statua posita fuit, quod in eo loco is cotem novacula dicetetur discidisse. Sub cujus statua, locus erat subterraneus, quem puteum appellabant, aram habens, & Accij novacula ibidem defossam. Supra autem unabella imposita erat sive petasus, puteum regens: unde & locus nomen accepit. Putealia enim puteorum opercula dicuntur. Cic. 1. de divin. Cotem autem illam & novaculam defossam in Consilio, supiaque impositum puteum accipimus. Fuisse autem hunc locum juri dicendo destinatum, satis aperte docet Horat. 2. Serm. satyr. 6.

— ante secundam

Roscis orabat, sibi adesse ad Puteal cras.

Pūtēo, es, ui, prima syllaba prod. Malè oleo, fasteo. ¶ שְׂרֵךְ נְגַדֵּל הַבָּבָשָׁה פְּלֹעָרְטָה פְּלֹעָרְטִיס. GAL. Putir, estre puant, sentir mal ITAL. Putire, puzzare GERM. Stinken, obel schmecken HIS. Holer mal ANG. To stink or give an euill saour in the nose. ¶ Horat. 2. Serm. satyr. 2.

Putet aper, rhombusque recens.

Satyr. 3.

Nec invideas, quod multa fidelia puer

In locuplete penu.

Quint lib.6. c.4. Aliquando definet putere. Diurno mero putere. Horat. 1. Epist. 20.

Pūtidūs, a, um, quod est mali odoris. ¶ שְׂרֵךְ נְגַדֵּל הַבָּבָשָׁה פְּלֹעָרְטָה פְּלֹעָרְטִיס. GAL. Puant, punais. ITA. Puzzolente, ferente. GERM. Stinkend, obel schmeckend. HIS. Cosa hedionda. ANG. That stingketh. ¶ Plaut. in Bacch. Tanti est, quanti est fungus putidus.

Cic. in Pif. Ego istius pecudis, & putidæ carnis consilio scilicet aut præsidio nití volebam; ¶ Transfertur & ad orationem, quæ putida dicitur quum est insuavis, rauclida, huicilis & abjecta, aurum judicio non satisfaciens, neq; verborum pondere rei dignitatē exequans.

Nonius, Putidum non solum ab ore fetido & gravi quod naribus præbetur, sed etiam quod auribus triste, iniuvare, austernum, rancidum, putidum dici posse autoritas ultatis admisit. Cic. 1. Offic. Sonus erat dulcis, literæ neque expressæ, neque oppressæ, ne aut obsecrum esset, aut nimis putidum. Idem Attico, Veto: ne putidum scriberet ad te quām sim occupatus. Idem in Orator. Quonam igitur modo audiretur Mylius, aut Phrix: Athenis, quum etiam Demostenes exagitetur ut putidus?

Pūtidiūscūlus, diminut. ¶ שְׂרֵךְ נְגַדֵּל הַבָּבָשָׁה פְּלֹעָרְטָה פְּלֹעָרְטִיס. GAL. En puerant. ITA. Alquanto puzzolente. GERM. Demlich stinkend. HIS. Hedigen

Hediondo un poco. ANG. That stinketh somewhat. } Cicero. Cas. lib. 7. Sumus enim putidusculi, quām per te vix licet, verū ut video licet.

Putidus, aliud diminuit. Martial. lib. 4.

Altera ridicula est, altera putrida.

Putidē, adverbium, insuaviter, austere, rāndicē. { δυρδας, ἀγρας, GAL. Puamēnt, ordēment, & vilainement. ITA. Solzamente, con puzza. GERM. Onsleblich/vanangendlich. HIS. Hediondamente, en hediondez. ANGL. Stinkinglie, with too much affection. } Cic. de clar. Orat. Nam si quis eos qui nec incepē dicunt, nec odiosē, nec putidē, Atticē putat dicere, &c.

Putesco, putidus, vel mali odoris sio. { ψΝΑ βασχ נְלָאַחֲ רַקָּאַבְּ. בְּרַאַבְּ. GAL. Puir, esre punnt. ITA. Divenir puzolente, puzzare. GERM. Stinkend werden. HIS. Hazerse hediondo. ANGL. To waxe stinking. } Cic. l. 2. de finib. Non inscitē illud dictum videtur, insuavem animalium illi pecudi datum pro sale, ne putesceret. Non. legit. putisceret.

Putisco, Idem quod putesco Varrō l. 1. c. 34. Quod putiscere semina solant.

Pütör, fector, graveolentia. { ψΝΑ βוֹסֶחְ רַקָּאַבְּ נְלָאַחֲ rikkabon. διωδία. GAL. Puanter. ITA. PUZZORE. GER. Ein gestank/böser gesch/mack. HIS. Hedor y hediondez. ANGL. Stinch an euill savour. } Catō c. 157. Ea omnem putorem admittit. Deterge e putorem, Stat. 4. Syl. Luter. l. 2.

\* Intempesivos quum putor cœpis ob imbræ.

Putorius, ex mustelarum genere, à putore; quia valde fetet, cum irascitur. GERM. Iltis. GAL. Putois. ANGL. Fitch.

Pütoli, orum, Pozzuoī Steph. vulgo Puzzuoli, oppidum maritimum Campaniae, octavo lapide distans à Neapoli, non procul ab Averno iaci, à Samnis conditum, teste Eusebio sub idem fere tempus quo Tarquinij Roma sunt exacti. Dicti puteoli, sive à copia puteorum aquis calidis scatentium, sive à putore, hoc est, graveolentia aquæ sulphurata. Olim etiam, quod justissimè regeretur, Dicæarchia dicebatat Δικαιορχία.

Pū ēolānūs, nōnōs Stephano. Gentile est. CIC. Thermo, Clivius puteolanus valde me obseruat.

Pütēus, i., qui perpetuas habet aquas ex terræ venis manantes, non tam fontium more foras protumponentes. { נְלָאַחֲ בְּרַאַבְּ. GAL. Un puits. ITAL. POZZO. GERM. Ein fod oder sodbrunnen. HIS. El pozo. ANGL. A well, a pitt. } Quint. lib. 7. c. 3. Ille in puteo mortuus est inventus. Dictus quod puteat ex alumine & sulphure sæpe, dum cavatur: aut certe, ut Varro placet, lib. 4. de ling. Lat. à Græco πότερος, quod potum significat. Plaut. Aul. sc. 2. a. 2. Vincite, verberate, in puteum condite. Ibid. sc. 4. a. 2. Ficiam ut in puteo coenam coquant (sup. coqui.) idem Milit. sc. 6. a. 2. Non potest ex uno puteo aqua aquæ esse similior. Idem Most. sc. 1. a. 2. Miserum est opus igitur fodere puteum, ubi sitis fauces tenet. Qui puteum strenue foderant milites donati corona. Virg. 3. Georg.

Ad puteos, aut alta greges ad stagna jubeto.

Currentem ilignis potare canalibus undam.

Hōrat. 1. Epist. 15.

Collectōne bibant imbræ puteosne perennēs

Iugis aquæ nam vina nihil moror illius ora

